

S Y R U P I.

S Y R U P U S A C E T I.

R. Aceti libras duas,
Sacchari purissimi libras tres cum semisse.

CoQUE, ut fiat syrpus.

S Y R U P U S E X A L T H E A.

R. Radicum althææ aliquantulum siccatarum
uncias novem,
Aquaæ congium unum,
Sacchari purissimi libras quatuor.

CoQUE aquam cum radicibus ad dimidiam,
et valide exprimens cola. Liquorem colatum
sepone, ut fæces subsident, et defæcato adde
faccharum; dein coque, ut fiat syrpus.

S Y R U-

S Y R U P I . 115

SYRUPUS E CORTICE
AURANTIORUM.

R. Corticis exterioris recentis aurantiorum His-
palenium uncias sex,
Aquæ bullientis libras tres,
Sacchari purissimi libras septem cùm qua-
drante.

MACERA cortices in aqua per noctem; deinde
liquori colato et defæcato adde saccharum con-
tritum, leni calore adhibito, ut fiat syrups.

SYRUPUS BALSAMICUS.

R. Syrupi communis libras duas,
Tincturæ Tolutanæ unciam unam.

SYRUPO recens parato, et ab igne remoto,
cum pene refixerit, immisce paulatim tinctu-
ram, assidue agitans.

SYRUP

H 2

SYRUP

116 SYRUPUS

SYRUPUS CARYOPHYLLORUM.

R. Caryophyllorum rubrorum recentium, unguibus resectis, libram unam,
Aqua bullientis libras tres,
Sacchari purissimi libras septem cum quadrante.

MACERA flores in aqua per noctem, dein liquori colato adde saccharum contritum, quod solvatur leni calore, ut fiat syrpus.

SYRUPUS COLCHICI.

R. Radicis colchici recentis, succulentæ, in taleolas tenues sectæ, unciam unam,
Aceti libram unam,
Sacchari purissimi uncias viginti sex.

DIGERE radicem in aceto biduum, vas subinde agitans, dein leniter exprimens cola. Liquori colato adde saccharum contritum, et coque paululum, ut fiat syrpus.

SYRUPUS

S Y R U P I . 117

SYRUPUS SIMPLEX, sive
COMMUNIS.

AQUA solvatur saccharum purissimum, ut
fiat syrups.

SYRUPUS E SUCCO
LIMONUM.

R. Succi limonum, postquam fæces subsederint;
colati, libras duas,
Sacchari purissimi uncias quinquaginta.

SOLVATUR saccharum, ut fiat syrups.

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI, seu de
MECONIO, vulgo DIACODION.

R. Capitum papaveris albi siccatorum, semini-
bus exemptis, libras duas,
Aquaæ bullientis congios tres,
Sacchari purissimi libras quatuor.

MACERENTUR capita concisa in aqua per
H 3 noctem,

118 S Y R U P I

noctem; dein coque, donec tertia tantum pars liquoris superfit, tum valide exprimens cola. Liquorem colatum iterum coque ad dimidium, et iterum cola; addito demum saccharo, coque, ut fiat syrups.

FIERI potest etiam hic syrups, in syripi simplicis mensura libris duabus solvendo extracti capitum papaveris albi drachmam unam.

S Y R U P U S R O S A R U M
P A L L I D A R U M .

R. Rosarum pallidarum recentium libram unam,
Aqua bullientis libras tres,
Sacchari purissimi libras tres.

M A C E R A rosas in aqua per noctem, dein liquori colato et defæcato adde saccharum; deinde coquendo fiat syrups.

C O M M O D E quoque fit hic syrups post destillatam aquam rosarum ex liquore residuo bene defæcato.

S Y R U

S Y R U P U S E R O S I S
S I C C I S.

R. Rosarum rubrarum siccatarum uncias [septem,
Aqua^e bullientis libras quatuor,
Sacchari purissimi libras sex.

MACERA rosas in aqua per noctem, dein
post brevem ebullitionem cola. Liquori colato.
adde saccharum, et coque, ut fiat syrups.

S Y R U P U S S C I L L I T I C U S.

R. Aceti scillitici sesquilibram,
Sacchari purissimi contriti libras tres cum
semisse.

SOLVATUR leni calore faccharum, ut fiat
syrups.

120 SYRUP.

SYRUPUS E RHAMNO
CATHARTICO, seu
E SPINA CERVINA.

R. Succi defæcati baccarum maturarum rhamni cathartici libras sex,
Sacchari purissimi libras tres cum semisse.

CoQUE, ut fiat syrpus.

SYRUPUS VIOLARUM.

R. Violarum recentium libram unam,
Aqua bullientis libras tres,
Sacchari purissimi libras septem cum quadrante.

MACERA violas in aqua horas viginti quatuor, in vase vitro vel fictili vitreato clauso; dein cola fine expressione, et liquori colato ad de faccharum contritum, ut fiat syrpus.

SYRU

SYRUPUS ZINGIBERIS.

R. Zingiberis triti uncias tres,
Aquaæ bullientis libras tres.
Sacchari purissimi libras septem cum qua-
drante.

MACERA zingiber in aqua, in vase clauso,
horas viginti quatuor; dein liquori colato et de-
fæcato adde saccharum contritum, ut fiat syru-
pus.